



V. 2^f T.

(cat. 4, 57. 58.)

INTER DICTVM

INTERDICTVM

ADVERSVS

PROFANOS IN TEMPLIS SPATIATORES SACRORVM

SOLLEMNIVM TVRBATORES

CLAMATORES INSUPER

67

CANTORES MOLESTOS

IN ACADEMIA JENENSIA

PRORECTOR ET SENATVS ACADEMIAE IENENSIS.

Dum tranquillitate & otio, post tot tumultus ac bella, diuinitus nobis concessò, non habitatores tantum Germaniae, sed tefta & agri etiam laetari videntur; duo praesertim nobis negotia dari, atque iniungi, credemus: vnum scilicet, vt confirmationem non minus, quam perpetuitatem huius beneficij, a Deo potentissimo impetreremus; alterum vero, vt rerum tranquillarum nos studiosos, neque indignos adeo pace, exhibeamus. Quemadmodum autem vtriusque officij partibus, ciuium nostrorum plerique; tam sacra nobiscum publica religiose coletentes, quam remota a turbis atque virtutis vita, Deum adhuc iratum placantes; non sine praecipua coetus sui ac ordinis laude, respondent: ita sicut otofis quibusdam profanisque hominibus haud immerito nobiscum succentent: qui nec cultum diuinum ac tempora reverenter satis obire; nec tranquillitati publicae, inter medias pacis artes, studere; satis huic tempestate conueniens, & praeclarum scilicet factum existimant. Quomodo enim in Dei aeterni domiciliis, ea, qua deceat, pietate versari, diuinisque mysteriis iustum premium ponere, vel a Iudeis quoque ac Turcis credentur; qui, terminata vix concione, & ferulatoris sanctissimi dapiibus, quas ipsi etiam coelites venerantur & colunt, in ara adhuc diuina administratis; in media templi area, tectis plerunque capitibus, atque gestibus indecoris, discursum, & tanquam in foro, sicut ambulacro publico, spatiatur. Imo longius nonnullorum procedit impietas: qui in locis templorum superioribus, vulgo podia vocant, sic auditores vicinos, suis deambulationibus, nugamentisque ac sermonibus turbant; vt neque a senitorum, stipem in templo colligentium, remoratione ac ludibrio aliquando abstineant. Nec praetermittendis hic veniunt, quos vel temeritas sua, vel affectuia, ad virorum, officia publica obeuntium, foeminarumque & aliorum in aedibus sacris subsellia, exclusi haud raro possessoribus, occupanda, sibiique adeo vindicanda, impellit. Quæ vanitatis ac petulantiae genera, cum a Romanis quoque ac Graecis, licea vera, & nostra religione abhorrentibus, summo opere, ac sollemniter improbata sunt; & Lutheranorum adeo sacra, turpi & haud delebili macula, apud hostes adspargant; aliter nos profecto non possumus, quam vt promulgata antehac interdicta ad nostrorum denuo animos reuocemus; coercionibusque deinceps haud leibus, ac certissimis, vindicemus. Quod idem de illis quoque sanctis ac legibus, quas aduersus clamatos, ac turbatores quietis publicae greges, tulimus, atque toties renouauimus, capi velimus. Ne enim dissoluti ac praui eiusmodi iuuenes, intempestiuos & contumeliosos clamores aut cantus, siue in urbibus aut suburbii itineribus; siue ex suis conlauibus aut seneffris; siue in viis publicis, quae a pagis ad oppidum ducunt, die aut nocte, amplius tollant; sibiique & aliis, tam laudis honestae, quam quietis atque securitatis publica fructum eripiant; vulnerumque ac homicidiorum occasione infauistas praebent; certum nobis constitutumque est, posthac gravius, pro indignitate delicti, in eos animaduertere, legumque & magistratus auctoritatem; quam eludere illi, & proculare conantur; proscriptione ipsorum publica, sine mora vlcisci. Quodsi aliqui simul gladiis faxa verberauerint; vel ollas inter vociferandum deicerint; vel nouis tumultuationis generibus, de nocte praesertim excogitatis, ludum iocumque de hoc Senatus sancto facere sustinuerint; in illos acerbiora adhuc decerni, ac relegationis adeo annos augeri, fas omnino ac aequum depositit. Quo tamen ipso id vnicce cupimus, ac vehementer optamus: ut omnes, fidei nostrae ac discipline commissi, tam interdicto hoc nostro, quam honestatis sensu commoti; pia potius, & ad modestiam comparata officia compleant; nec malitia in athenaeo hoc poenas, sed virtutum ac doctrinarum praemia mereantur; neque vel clamatorum deinceps, vel turbatorum in templis, nomina apud nos audiantur! P. P. sub Acad. Sig.

Die VI. Martii, A. c. l. ccxviii.

INTER-

INTERDICTVM

ADVERSVS HOS

QVI TEMERARIA MILITVM PROVOCATIONE ET VEXATIONE SVAM ALIO-
RVMQVE INNOCENTIVM SIMVL SALVTEM IN DISCRIMEN ADDVCERE,
CLAMORIBVS ITEM ET GRASSATIONIBVS NOCTVRNIS AVT ALIA
QVACVNQVE RATIONE TRANQVILLITATEM ET SECVRI-
TATEM PVBLICAM LAEDERE SVSTINENT

P. P.

IN ACADEMIA IENENSI.

PRORECTOR ET SENATVS ACADEMIAE IENENSIS

S. D.
CIVIBVS.

AD grauissimam publicamque iam saepius excessit querimoniam, quod milites praefidarii ciues nostros, si qui in eorum manus, noctu praesertim, incident, immo ac intolerabili faeuia excipere, atque non nisi verberibus foedum in modum laeratos, immo cruentos haud raro, in custodian dare soleant. Cui malo, quiores non secus ac par est, mederi studemus, & praefectos militares, vt graues manifestasque a suis poenas exigant, rogamus in promptu semper est responsio: nostros indignis plane modis insultare militibus, in excubis stantes prouocare, plateas obeunte in clamare, probris omnibus & maledictis vexare & lacefcere: nunc ex conclaibus per fenestras, fordes, ollas, lapides, & quidquid libuerit, inter ingentes & plusquam belluinos clamores, proiicere: nunc de nocte grashari per plateas, gladiis fauire in lapides, facies ardentes proiicere, bombardas dispidere, vrbe totam incendiis periculo exponere, horumque itidem fremitu totum saepe coelum boare: deprehensos deinde non solum a conuiciis verborumque non abstinere iniuriis; sed & in custodiā ire iussos, resistere violentius, strictis gladiis petere milites, conferre manus; vt raro, sine summo capitio periculo, duci queant. Sibi adeo imputare, suamque potius incusare proterium & barbariem debere; si quid forte incommodi exinde sentiant. Tametsi vero, paucos tam pertulanti esse animo, speramus; ceterum a militibus in innocentes etiam subinde fieuiri, satis confat. Tanto tamen magis indignum est, paucorum maleficiatorum culpa, omnibus, vel certe pluribus, discrimen arcet. Et quum iam in eos simus, ut Serenissimum Dominum nostrum, Patremque patriæ impensisimis denuo rogenus precibus, vt istam militum ferociam compescere, cosque, vt mitius deinceps & sanctius habent Academicos, iubere velit: & vero sperare liceat, fore, vt is qua summa est in bonarum litterarum cultore clementia, precibus ipsis locum omnino faciat: modo ab hac quoque parte fiat, quod, ad conferuandam incolumentatem & salutem publicam, per se est necessarium: summopere cauendum nobis est, ne opprobiis ipsis spes nostra exenuetur, vel euanescat penitus. Ineptum enim, & valde indignum est, conqueri de iniuriis, a quibus ipse temperare nolis. Et iustissima naturalis aequitatis regula semper habita, vt

ab alio expectes, alteri quod feceris.

Evidem

Equidem saepius multo, quam numerare sit facile, ex hoc ipso loco officii vos vestri, & vt pacate omnes, tranquille, & vt decet vera sapientia studioſos, agatis, commone fecimus. Et proſtant partim edicta noſtra publice, quae & communicari cum omnibus, in hanc academiam venientibus ſolent; vt ſuam nemo cauſſari queat ignorantiam. In primis etiam meminiffe debebatis grauiſſimi illius mandati, quo Princeps noſter Serenissimus disciplinam academicam, & cum hac, tranquilitatem publicam restaurant voluit, quodque an. CIO IO CCXV. mense Nouembri, ex hoc loco publicauimus; vbi inter alia & hac ſancta ſunt:

Benn auch die Tumultuanten auf die Miliz mit Degen / Geſchoß eindringen = . So foll denen Commendirten frey gelassen ſeyn / Gewalt mit Gegen-Gewalt zu vertreiben. Nicht weniger ſollen diejenige ſo von ihren Stuben auf die Parouille mit Steinen / Prügeln und dergleichen werffen / oder Feuer geben / oder auch ſelbige mit Unaſtarb beſchütten würden / aus ihren Stuben weg / und in Arrest gebracht / auch zu behöriger Straſſe / andern zum Exempel / gezogen werden.

Enim uero nec pauca, nec leues ita decernendi cauſe extiterunt Domino noſtro. Neque enim nominari potest, quod maiori umquam calamitati fuerit academici; quam inſtruita illa noctu graſandi, horrendum clamandi, aliosque vexandi intemperies. Hac famam noſtram labefactauit apud exterorū; hac bonorum contemptum, & odia nobis noſtrisque conſlauit: hac tot calus funeris, & cædes dedit: hac tot Parentum ſuſpiria & lacrymas exprefſi: ad extreſum, hac Diuini Numini iram & vindictam commouit. Sed neſcimus, quam preposteram ſibi libertatem ſingant aliqui? qua ſua potius libidini malorumque exemplis, quam Deo & honestis legibus, obtemperare; ſuam potius aliorumque ſimil prodere ſalutem & ſecuritatem, quam vera sinceraque virtutis laude frui, praoptant. Nempe vero licentia hac, petulantia, procacitas, & ſi detracta larua, intuearē cominus, nil mihi truculentia ſeruitus eſt. Ab hac igitur vt in veram ſolidamque vos libertatem vindicetis, Cuius cariſimi! iterum iterumque omnes ac ſingulos hortamur ſerio. Quid opus eſt, tam inglorium pugna genus depugnare cum gregariis iſtis? quos infra iram veſtram habere debebatis, ſi & honori, & ſaluti veſtra confuſum velletis. Quod ſi pugnandum vobis exiſtimetis nihilominus; certiores, & intrus quidem, adiunctorum hostes barbaries, infictia, & prauia, qui vere libertati veſtra imminent, & ſupra quam dici potest, inſidiantur, adfectus. Hos obſeruare, hos oppugnare, his bellis animos veſtros adiufciere: in his viros vos offendere: his confeſſis, agite triumphos; idque maiori commodo & gloria veſtra, quam de conculcata legum & magistratus auctoritate fieri potest. Quod vero noſtrarum eſt partium; quum omnium ſalutis & ſecuritati consulere alia ratione non licet, quam ſi militibus omnis iure conquerendi, ſuamque diritatem exculpandi, preſcindatur occaſio: quidquid umquam de conſeruanda publica tranquillitate ediximus, iterum iterumque reuouatum cupimus & inculcatum; eos omnes, qui clamando, milites aliosque pronocando & conuiciando, lapides gladiis feriendo, illoꝝ alio ſtrepitu, eam turbare, vel etiam ardentis facies iaculari temere, ſiſtinerint, confeſſim relegatur, nullique exceptioni (ac ne crupule quidem, cuius obtentus angebit crimen,) vel redēptioni locum conceſſuri. Qui ſani ſunt & ſui compotes, non ſolum ipſi & ſponte ſuafient officium, ſed & alios, quantum pro ſe quisque poterit, auertent a periculo. Reliquos autem, qui paternas admonitiones noſtras auſcultare nolint, ciuitate noſtra indignos eſſe, certum eſt. R. P. ad d. VI. Nouembri. CIO IO CCXII

(L. S.)

Yo. 416. 2°

ULB Halle
003 899 721

3



56.

1078

VS 17

n. 1

